

Et licet Gabr. in d. conclus. 9. num. 1. vers. contrariam. refert ab hac opinione dissentire Guido, Papa in consil. 213. in fin. Henr. Boic in cap. si diligenti. nu. 4. de prese. Cardin. Zabarellam in cap. nimis. de iureiur. & Paris. in consil. 16. num. 18. libro 4. attamen si recte illorum traditiones perpendantur, non repugnant illi receptæ sententia.

Secundum est caput huius disputationis, quando est contentio de dominio, seu proprietate ipsorum prædiorum, que sunt infra fines Castri, oppidi, & civitatis. Hoc in capite distingno aliquot casus.

Primus est, quando apparet aliquem esse dominum illius prædij. Hoc casu res est clara, quod dominus Castri non præsumitur dominus illius prædij, quia in claris non est oppus coniecturis, ille aut ille. S. cum in verbis. de leg. 3.

Secundus est casus, quando prædia intra fines Castri existant, ab alio quam à Castri domino possidentur. Hoc etiam in casu, prædia non præsumuntur esse domini Castri, sed ipsius possessoris.

Cum in dubio possessor præsumatur dominus. l. cum res. C. de proba. & l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. & utroq. in loco Doct. & differemus infra libro 6. in præsumpt. 38. Hunc casum in specie affirmarunt Aretin. in l. 1. in princ. num. 7. ff. de acq. possess. & in consil. 15. col. 1. & manifestè Socin. Sen. num. 22. vers. aliquando, & tertio. Et clarius idem Socin. in consil. 127. num. 4. & num. 5. vers. 4. & ult. lib. 1. idem sentit Henric. Boic in c. si diligenti, num. 3. in fin. de præscript. Ruin. in consil. 13. n. 8. libro 4. Idem sentit Goz. in consil. 50. num. 27. in fin. sic quoque decidit Afflic. in decis. 267. nu. 4. quod territorium existentis infra fines feudi, non præsumitur feudale, atq. ita sub dominio directo, si à privato possidentur. Sic & Crauet. in consil. 293. num. 6. Roland. in consil. 46. num. 67. lib. 3. Caphal. in consil. 295. num. 2. & 3. lib. 2. & Puteus in decis. 723. num. 3. lib. 2. Ita etiam intelligendi sunt Doctores, dum dicunt quod domin. Castri, & oppidi, vel civitatis non præsumitur dominus rerum particularium, loquuntur illi, quando ipsi particulares possident, vel de eorum dominio constat. Ita sanè intelligendi sunt Oldr. in consil. 176. in fin. Abb. in cap. si diligenti. in 2. not. de prese. Castri. in consil. 179. In causa, quam Magnificus. num. 5. lib. 1. Aret. in consil. 15. num. 2. & 3. qui dixit, de possessione & constare quando apparet prædia fuisse cuncta à particularibus. Corne. in consil. 247. in fine. lib. 2. Bertrand. in consil. 15. col. 1. lib. 2. Curt. Iun. in consil. 158. num. 2. 4. & alij congesti ab Anton. Gabriel. in dic. conclus. 9. num. 4. à Burlat. in consil. 46. nu. 2. lib. 1. & à Mascard. in concl. 271. n. 7. & à Natta in consil. 520. num. 6. lib. 3.

His intelligimus malè agere Principes illos, qui prædia civitatum, & oppidorum, quæ communalia appellant, sibi vendicant, & suæ Cameræ appropriare contendunt. Cum enim prædia illa ab hominum vniuersitate possideantur, iuxta l. in tatum. S. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. ex quo in nemoribus ligna incidere, & in pascuis depascere consueverint, propria vniuersitatis, non autem principis præsumuntur.

Tertius est casus, quando non apparet aliquem esse dominum prædiorum, nec ea possidere, vel occupare. Hoc casu prædia illa præsumuntur esse domini castri, & oppidi. Ita Castri. in d. l. 1. in princ. num. 7. ff. de acquir. poss. quem sic intellexit, & declarauit Soc. Sen. ibidem num. 22. vers. aliquando & tertio. & in consil. 86. n. 6. & in consil. 127. num. 5. vers. aliquando & 2. li. 1. Rui. in consil. 22. num. 7. vers. & per hæc manifestè. in consil. 26. num. 7. & in consil. 40. num. 14. lib. 1. & in consil. 13. num. 8. lib. 4. Deci. in consil. 517. num. 9. Cur. Iun. in consil. 41. num. 9. Paris. in consil. 15. nu. 9. lib. 1. Soc. Iun. in consil. 160. n. m. 13. lib. 2. Alc. in respon. 175. nu. 1. Purput.

in consil. 479. nu. 7. & 9. lib. 2. qui eiusdem opinionis alios refert. Natta in consil. 460. num. 10. Antonius Gabriel. in dict. consil. 9. num. 11. & Crauet. in consil. 54. num. 9. & in consil. 293. num. 5. in fin. & idem in responso pro genero. num. 430. vers. 6. casus. Et hos secutus sum in consil. 395. num. 23. lib. 4. & Surdus consil. 151. num. 4. libro 2. qui de eadem facti specie vna mecum respondit. Et simile scripsit Alci. de præsumptionibus, reg. 2. præsumpt. 20. num. 2. vers. est verum. Castri præsumitur esse eius, cuius est regnum. Et hæc facit quod docuit Bal. in rub. C. de contrahen. empt. q. 2. 1. Cum dixit, quidquid reperitur intra fines Castri, & loci, præsumitur iure domini pertinere domino illius loci. Et Baldus secuti sunt post alios Brunus in consil. 34. num. 5. & Soc. Iun. in consil. 139. num. 1. in fin. lib. 3. Confert etiam quod scripsit Bald. in c. cum olim. de præscript. cum dixit loca adiacentia præsumi esse de territorio illius civitatis cuius territorio magis adiacent. Et idem Baldus in cap. cum causam. col. 2. eod. tit. dicit, quod vicinitas, & aptitudo sunt argumēta domini. Et accedit Martin. Lauden. in tract. de Castellanis. in conclus. 7. quod si castrum est inter duas civitates, præsumitur esse iurisdictionis illius, cui est proprius. Baldus, & Lauden. secuti sunt Natta in consil. 672. num. 17. & 18. lib. 4. & Mascard. de probat. conclus. 1407. n. 3. & 4. qui alios refert.

Et ratione prima motus est Socin. Sen. in dict. l. 1. n. 22. de acquir. poss. quod à domino rerum publicarum disticta fuerunt rerum dominia. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, & termini, seu fines appositi. Et ideo fines denotant possessionem, & dominium. l. 1. ff. finium reg. Cui ergo non apparet cui assignata fuerint prædicta prædia remanent apud dominum. Hæc consideratio recipienda non est. Cum non constet dominum Castri fuisse ab initio etiam dominum prædiorum, & illa subditis suis diuisisse, & concessisse.

Sed verius est ab initio iure naturali, & gentium prima uo omnia fuisse communia. S. Singulorum. in Instit. de rerum diuisio. Cum dixit Iustin. homines nasci cum iure naturali, quod cum ipso genere humano natura prodidit, Deinde inter se homines diuidere ceperunt orbem terrarum. Diuus Augustinus in libro 6. de ciuitate Dei, cap. 3. scriptum reliquit, tempore, quo natus est Phalec filius Heber, qui erat abnepos Sè, vnus ex filijs Noe, factas fuisse terras diuisiones. Vel (vt alijs placet) facta fuit diuisio à filijs Noe, hoc est, Sem, Cam, Iaphet. Ita Iacobus Philippus Bergomensis in annalibus quem ex nostris refert Vaconius in li. 1. declarationum iuris. cap. 2. num. 5. Et ideo iure consil. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, rectè scripsit, iure gentium & disticta fuisse rerum dominia, & agris positos fuisse terminos. Diuisio itaq. rerum non ab vno principe hominum, sed ab ipsismet hominibus inter se facta est.

Secundò motus est Socinus eo argumēto, & ratione, quod prædia sunt domini Castri, & vniuersitatis, aut particularium personarum, vt inquit Baldus in ca. cum Bertoldus. de re iudic. & in cap. 1. S. si quis. Quibus modis feudum amittit. Atqui hic non apparet hæc prædia inculta esse priuatorum, sicque particularium. Ergo præsumuntur esse domini Castri, ob id quod ab initio dominium in vniuersum erit eius proprium. Nam dominus Castri dicitur habere dominium territorij, cuius finibus, atque ita dominium vniuersitatis agrorum existentium in territorio, cap. cum Bertoldus. de re iud. Et propterea (inquit Socinus) fundata est intentio, habētis dominium totius territorij, & vniuersitatis agrorum. Qui ergo vult excludere ipsum dominum, debet probare proprium dominium, vel possessionem illius prædij, quod vult ab vniuersitate excipere, atque excludere. l. de sacra. S. 1. ff. de contrah. empt. Diluitur, atque confutatur hæc ratio, vt & præcedens cum iure non probetur domi-

in consil. 479. nu. 7. & 9. lib. 2. qui eiusdem opinionis alios refert. Natta in consil. 460. num. 10. Antonius Gabriel. in dict. consil. 9. num. 11. & Crauet. in consil. 54. num. 9. & in consil. 293. num. 5. in fin. & idem in responso pro genero. num. 430. vers. 6. casus. Et hos secutus sum in consil. 395. num. 23. lib. 4. & Surdus consil. 151. num. 4. libro 2. qui de eadem facti specie vna mecum respondit. Et simile scripsit Alci. de præsumptionibus, reg. 2. præsumpt. 20. num. 2. vers. est verum. Castri præsumitur esse eius, cuius est regnum. Et hæc facit quod docuit Bal. in rub. C. de contrahen. empt. q. 2. 1. Cum dixit, quidquid reperitur intra fines Castri, & loci, præsumitur iure domini pertinere domino illius loci. Et Baldus secuti sunt post alios Brunus in consil. 34. num. 5. & Soc. Iun. in consil. 139. num. 1. in fin. lib. 3. Confert etiam quod scripsit Bald. in c. cum olim. de præscript. cum dixit loca adiacentia præsumi esse de territorio illius civitatis cuius territorio magis adiacent. Et idem Baldus in cap. cum causam. col. 2. eod. tit. dicit, quod vicinitas, & aptitudo sunt argumēta domini. Et accedit Martin. Lauden. in tract. de Castellanis. in conclus. 7. quod si castrum est inter duas civitates, præsumitur esse iurisdictionis illius, cui est proprius. Baldus, & Lauden. secuti sunt Natta in consil. 672. num. 17. & 18. lib. 4. & Mascard. de probat. conclus. 1407. n. 3. & 4. qui alios refert.

dominium Castri, oppidi, & civitatis habere dominium in vniuersum agrorum in vniuersitate existentium. Habet enim solum, quantum & ipse occupasse reperitur. Est quidem dominus quo ad iurisdictionem, & potestatem ius dicendi, non autem quo ad prædia, nisi appareat ab eo possessa. Esset tamen difficile in iudicijs recedere ab opinione Castrensis, Socini, & sequacium, quæ communis est. Et si dissentiat Ripa in dic. l. 1. numer. 16. post Aretin. ibid. & in consil. 15. in 1. dubio, cui respondit Purpur. in consil. 479. num. 9. lib. 1. & cogitandum reliquerit Soc. Iun. ibidem num. 135. qui contra ipsum Soc. Sen. inclinavit.

Extenditur casus, vt locum habeat etiam quando dominus Castri non possidet, sed tamen annua pensio ei præstatur ratione domini. Ita Specu. in tit. de locato. S. nunc aliqua. q. 86. & Gabriel. in dic. conclus. 9. num. 12. & apertius Aldem in respon. 175. num. 1. qui num. 2. subiungit, idem esse quando particulares ipsi possessores recognouerunt dominum Castri, oppidi, & civitatis.

Subiungit etiam Gabriel. in dic. conclus. 9. num. 13. ex sententia Castane in commentarijs ad consuet. Burgund. quod si subditi omnes, vno, duobus, vel tribus exceptis recognoscant ipsum dominum Castri, quod quo ad illum vnam, duos, vel tres, dominus habet intentionem fundatam, quod scilicet, & dominium prædiorum ab eis possessorum, sit ipsius domini Castri.

Feudalia, an, & quando præsumantur, prædia sita in territorio oppidi, vel Castri feudalis?

S Y M M A R I V M.

- 1 Prædia sita in feudo, an, & ipsa feudalia sint, inter quos disceptatio sit, videndum est.
2 Castro in feudum simpliciter concesso, absque prædijs vel pertinentijs, præsumuntur, & ipsa à domino in feudum recepta, si alio titulo possidere vasallus non reperitur.
3 Castrum in feudum obtinens, si prædia alio titulo possidere demonstrat, præsumptionem, quæ pro domino est, conuellit.
4 Castro generaliter in feudum concesso cum pertinentijs, prædia ab alijs non possessa feudalia præsumuntur.
5 Pertinentiarum verbo in venditione Castri, solum iurisdictionem, & Castro coherentia, non autem prædia intelligi.
6 Castro limitatè cum iuribus prædijs, & nemoribus, & c. concesso vasallo, possessore aliquid ex illis esse ad castrum pertinere negante, domino probatio incumbit.
7 Et quid si de pertinentijs esse vasallus asserat, num. 8.
7 Relatiuum, Quo, sui natura restrictiuum est.
9 Prædia omnia eiusdem iuris, non diuersi censentur.
10 Possessor titulo præambulo possidere præsumitur.
11 Feudali existente honorum parte maiori, idem de reliqua præsumitur.
12 Castro cum prædijs specificè concesso, & recognito, illa feudalia præsumuntur, quæ specificè dimmerata sunt.
13 Castri concessio, & recognitio generalis, nullam facit præsumptionem aduersus tertium.
14 Inuestituram, & locationem non probare ius feudi, in tertij præiudicium.
15 Castri concessio limitatè facta, feudale non præsumitur prædium aliquod contra tertium.
16 Emphyteuticum esse feudum confessus, suo nocet successori etiã singulari.
17 Castri concessio speciatim prædia vasallo concessa enumerans, non tamen præiudicat tertio.
18 Prædium an de pertinentijs castri sit vel non, orta disputatione inter comvasallos, vel eorum successores, quomodo lis dirimenda.

Conuenit huic loco, vt explicemus, an, & quando prædia sita in territorio oppidi, vel Castri feudalia, & ipsa feudalia esse præsumantur? Hac in re longè, & minus perfectam distinctionem multorum casuum fecit eruditiss. Crauet. in responso pro genero. à n. 426. vsque ad 432. quod sanè responsum legitur nunc impressum in consil. 1000. lib. 6. quod est vltimum omnium. Distinguo ego primum tria capita.

Primum est, quando de prædijs sitis in territorio feudalis Castri disputatio, & contentio est inter dominum, & vasallum.

Secundum est caput, quando de his prædijs contentio versatur inter dominum, aut vasallum aduersus tertium.

Tertium caput est, quando de his prædijs disputatur, atque contenditur inter ipsos solos vasallos, vel vasallorum successores.

Quod attinet ad primum caput, distinguendi sunt aliquot casus, facilioris explanationis gratia, quam vna sit omnium communis ratio, atque determinatio.

Primus est, quando dominus ipse in sua inuestitura, & concessione, concessit vasallo ita acceptanti, & recognoscenti castrum, vel oppidum simpliciter, nulla facta mentione prædiorum, vel pertinentiarum, sed simpliciter (vt dixi) locutus est, vt puta, si dixit, concedo tibi castrum Carbonaria. Hoc sanè in casu, si vasallus reperitur possidere aliqua prædia sub territorio illius castri, quæ constat non fuisse ab aliquo possessa tempore illius concessionis, & hic castri possessor non ostendat, se alio titulo quam eo, quo possidet castrum possidere, præsumptio est, quod illa prædia habuerit à domino castri, & quod eodem titulo quo, & castrum ipsum possideat. Ita in specie docuit Bal. in c. nu. 10. vers. in q. dom. Oldradi de capita. qui curiam vend. dum ita declarat responsum Oldr. in consil. 121. Et Baldus secutus est Rui. in consil. 22. num. 7. & in consil. 40. num. 14. lib. 1. & alios retuli in consil. 395. n. 2. li. 4. Et ratio est manifesta, quia in terio ipsius domini castri est de iure fundata, quod, si prædia sita in territorio castri sint sua, si à priuatis possessa non reperiantur eo tempore cõcessionis, vt docuit Castri. in l. 1. in princ. ff. de acq. possess. quem ibi recenset & sequitur Socin. Sen. num. 22. vers. aliquando, & tertio. & dicemus in sequenti præsumptione in tertio casu secundi capitis.

Quocirca, qui à domino castrum obtinet, probare debet se alio titulo possidere prædia, quam eo quo possidet castrum, & id probatum sufficit ad conuellendam eã præsumptionem, quæ est pro ipso domino, quia insurgit hæc præsumptio magis vehemens, quod hic qui nunc possidet, possederit, & antea, vel per se, vel per suos antecessores eodem iure suo, prædia ipsa. Eadem ratione idè à fortiori dicendum est, quando concessio est facta generaliter his verbis, concedo castrum cum suis pertinentijs. Nam, & tunc prædia non possessa à priuatis censentur sub hac concessione comprehensa, atque ita feudalia præsumuntur. Ita in specie respondit Crauet. in responso pro genero, nu. 430. vers. 6. casus, quod nunc est consil. 1000. lib. 6. ex sententia Soc. Sen. Ruini, Dec. & Natta, quos supra retuli. Et post Paris. in consil. 27. n. 14. lib. 1. & Cur. Iun. in consil. 41. nu. 3. & in consil. 40. nu. 10. & in consil. 184. nu. 4. & Albam in consil. 64. nu. 70. Nam manifestè constat de voluntate domini concedentis, & eadem est ratio, quod præsumantur hæc prædia ipsius domini, si à nullo possidebantur, vt diximus supra.

Et cum non constet vasallum ipsum possidere hæc prædia alio titulo, præsumitur quod possideat ex eodem titulo antecedenti, quo possidet, & castrum, iuxta l. quædam mulier



mulier. ff. de rei vendit. & l. 2. C. de acquir. poss.

Nec hic obstat quod scribunt Docto. in l. 3. in prin. ff. de acq. poss. vbi Imola ad finem, Alex. n. 23. Aret. col. 4. & alij multi, cum dicunt vendito, vel concessio Castrum cum pertinentijs sub verbo pertinentiarum non intelligi prædia, sed solum iurisdictionem, & similia, quæ Castrum coherent, & in specie magis Curt. iun. in consil. 158. nu. 26. Crau. in consil. 54. num. 9. in fi. & in consil. 234. n. 2. in fine, quia responderetur, traditionem illam procedere, quando prædia habita non fuerunt de pertinentijs, secus est in hoc casu, in quo vasallus recipiendo prædia tanquam de pertinentijs, & illa possidendo eodem ut. quo possidet castrum, censetur ea vti de castri pertinentijs agnouisse. Ita declarat Bello, in consil. 10. num. 12. & late tradit Melchior Palaez in tract. de maioratu par. 4. q. 20. num. 16. & 17.

Hic casus multo magis locum habet, quando concessio fuit his verbis facta. Castrum cum villis, prædijs, vineis, nemoribus consistentibus in territorio & pertinentijs dicti Castri. Nam & hoc in casu multo magis constat prædia omnia fuisse habita de pertinentijs, atque fuisse ipsius domini, nisi à privatis fuissent possessa, & ideo est præsumptio, omnia esse feudalia. Ita respondit Crauet. in dicto consil. vltim. quod est responsum pro genero. n. 430. vers. quintus casus, & c. Qui huius sententia citat Iasonem in consil. 236. in fin. lib. 2. Ruinum in consil. 108. n. 22. li. 2. & Nattam in consil. 460. n. 9. lib. 2.

Secundus est casus huius primi capitis, quando Castrum fuit limitatè concessum, vtpote si dictum est, Castrum cum iuribus, prædijs, vineis, nemoribus, & pascuis, quæ ad ipsum Castrum pertinent. Hoc in casu scribit Crauet. in responso pro genero. num. 426. vers. prior casus, quod si vasallus possidens negat aliquod prædiu ad ipsum Castrum pertinere, dominus, qui asserit, imò pertinere, probare id debet, sic & Petra in Tra. de fideic. quaest. 13. num. 542. & Surdus in consil. 135. numer. 101. lib. 1. & in consil. 311. num. 50. & num. 57. Ea ratione mouetur, quia præsumptio repugnat actori asserenti prædium illud esse de pertinentijs Castri, ex quo res non feudalis, sed libera præsumitur. cap. 1. §. 2. si de feudo fuerit contro. inter domin. & agn. c. 1. iuncta gl. 2. de contr. inter masculum, & fem. de benef. Io. And. in c. nimis. de iur. iur. Bal. in l. libertas. ff. de statu hom. & alios recedui supra. Et præterea iuris est regula, quod ille, qui dicit, probare debet. l. ei qui. ff. de prob. & l. actor. C. eod. cum vulgatis similibus.

Nec hic repugnat ipsa concessio, & recognitio, quia nec dominus concedens, nec vasallus recognoscens confessus est, prædium illud esse de pertinentijs, ex quo restrictiue locuti sunt per illud relatiuum, quæ, & sui natura restrictiuum. l. Stichum, qui meus erit, vbi Bart. & reliqui. ff. de leg. 1.

Nam dixerunt, concedo, & recognosco prædia, quæ sunt de pertinentibus, quæ autem illa sint, ex ipsis verbis non constat, imò videntur ignotasse, is ergo qui est dominus, asserendo esse de pertinentibus, probare debet.

Est autem diuersum, quando Vasallus qui possidet, asserit prædium hoc esse de pertinentijs Castri. Nam tunc præsumptio est pro eo, quod scilicet sit de pertinentijs. Ita in specie respondit Crauet. in dicto consil. vltim. seu responso pro Genero. num. 426. vers. secundus casus, & c. Ea est ratio, quia prædia sunt omnia eiusdem iuris, non autem diuersi esse censentur, iuxta regulam. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. subst. & capi. qui contra. 108. distinct. Et præsumptio est, quod possideat titulo præambulo iuxta l. quadam mulier. ff. de rei vend. & l. 2. C. de acq. poss. Et hic cessant rationes illæ, quæ paulo supra considerata fuerunt pro possessore negatè prædium esse de pertinentijs, quandoquidem illæ sunt ad

eius fauorem, cui renunciare is potuit asserendo, quod imò prædium hoc est de pertinentijs. Et his accedat auctoritas eorum qui scripserunt, quod quando maior pars bonorum, prædiorum que est feudalium, reliqua feudalia præsumuntur. Ita Dd. in cap. 1. de controu. inter masc. & fem. de benef. vbi Afflic. num. 11. vers. secundo, nisi. & c. Curt. iun. in tract. feudorum. par. 2. q. 6. secunda q. prin. nu. 20. Gram. in consil. 151. nu. 3. in ciuilibus. Chaff. in consue. Burgundia. tit. de manu mortua. §. 4. num. 6. & Casar Vrillius in additionibus ad Afflic. dec. 267. num. 9. & alios recti supra in præsum. pt. 91. n. 52. Ita ergo, & hic, vbi excepto vno prædio, cetera omnia sunt de pertinentijs castri, dicendum est, & illud prædium de pertinentibus censeri.

Tertius est casus huius primi capitis, quando concessio, & recognitio castri est facta vna cum prædijs specificè enumeratis, vt si dictum sit castrum cum prædijs illis Sciano, Semproniano, Titiano, & c. Hoc sanè in casu, si contentio est inter ipsum dominum, & vasallum de altero ex prædijs enumeratis, an sit feudale, vel non, res est omnino clara, feudale præsumi. Ita in specie respondit Crauet. in dicto responso pro genero. num. 431. vers. septimus casus, & c. qui dixit, hunc casum carere probabili dubitatione. Quandoquidem ex confessione vasalli scienter facta de his prædijs, satis probatur, illa feudalia esse. Ita respondit Dyn. in consil. 48. nu. 12. & idem affirmarunt Bald. in cap. 1. §. sacramentum, num. 15. vers. sic. sed mirum est, de consuetud. recti feud. Comens. in consil. 187. domini. Confignorus, colum. 2. vers. pro parte negativa. Alex. in consil. 29. colum. pen. lib. 5. las. n. 1. 2. num. 14. C. de iure emph. Boer. dec. 211. colum. pen. & Sigismundus Lofredus in consil. 11. num. 45. si verò esset contentio de alio prædio ultra specificè enumerata, vt quia diceret dominus esse feudale, vel e contra, dicendum est, rem ad huc esse claram, quod scilicet aliud prædium non contineatur sub ea concessione, cum vnus in clauso sit alterius exclusio. l. cum Prætor. in princ. ff. de iudicijs, cum similibus.

Secundum est caput huius disputationis, quando de his prædijs contentio versatur inter dominum, aut vasallum aduersus tertium. Quod quidem caput, etsi non conueniat nostræ disputationi, attamen quo clarius elucescat, quod nunc venit in dubium, ita est à nobis explicandum, distinguendo in eo plures casus.

Primus est, quando concessio castri, & recognitio est generalis, vt si dictum est, concedo castrum, vel concedo castrum cum pertinentijs, vel concedo castrum cum prædijs, vineis, nemoribus, & alijs pertinentijs. Hoc sanè casu concessio, & recognitio nullam præsumptionem facit aduersus tertium illum. Ita sentit Ruin. consil. 108. num. 22. lib. 2. Est enim hæc concessio inter alios facta, nempe inter dominum, & vasallum, quæ alteri sicq. tertio non nocet. l. Seia mancipia. ff. ad Velleian. l. Quintus. ff. mandati. & l. si quis in graui. §. 1. ff. ad S. C. Syllan. Et in specie ita sentiunt Doctores, cum scribunt, ex inuestitura & locatione non probari dominium, aut ius feudi in præiudicium tertij. Ita Bart. in l. legata in utiliter. ff. de adm. leg. & in l. ad probationem. C. de probat. Rip. in l. si aliquam rem. num. 42.

Secundus est casus huius secundi capitis, quando scilicet castrum fuit limitatè concessum, vt si dictum est castrum cum prædijs, vineis, nemoribus, ac alijs quæ sunt de pertinentijs castri. Nam & hoc in casu multo magis prædium aliquod non præsumitur feudale, seu de pertinentijs contra hunc tertium possessorem. Ita in specie respondit Crauet. in d. responso, pro genero. n. 426. vers. sin autem contra & c. Et ibidem, num. 247. subiungit rationem, quia res præsumitur libera, non autem feudalis, vt diximus supra. Et confirmatur, quia si concessio limitata non facit præsumptionem aduersus ipsam.

summet vasallum, qui suscepit inuestituram, vt diximus supra in precedenti capite in tertio casu, quanto fortius idem est dicendum aduersus tertium hunc possessorem. Comprobatur etiam fortius ex his, quæ dicemus infra in sequenti casu. Ex hoc casu sequitur, quod si vasallus iste vellet compellere tertium hunc possessorem, vt recognosceret prædium illud, vt feudale, & eius causa aliquod præstare, compellere eum non posse. Ita censuit Crauet. in dic. responso pro genero. num. 428. post Signorolum in consil. 10. num. 5. Aret. in consilio 164. in princ. & num. 3. Corn. in consil. 35. col. 10. vers. & insuper dictus. lib. 1. Dec. in consil. 302. num. 11. in consilio 321. num. 13. in consil. 360. n. 5. & in consil. 394. n. 8. in fin. & Brun. in consil. num. 3.

Hic casus locum etiam habet, quando tertius ille possessor causam habuit à vasallo, à quo tamen accepit prædium, vt allodialè, & liberum. Exempli gratia vasallus est cõsecutus à dom. Castrum cum pertinentijs, limitatè, vt supra, & deinde aliquod prædium in specie recognouit, vt feudale, quod quidem prædium alienauit postmodum tertio, cui asseruit esse prædium liberum, & allodialè. Nam & hoc in casu præsumptio est, quod illud prædium sit liberum, & allodialè. Ita in specie respondit Crauet. in dicto responso pro genero. num. 428. vers. ficul. quartus casus, qui scripsit hanc præsumptionem vtgere etiam contra successorem illius alienantis. Et ratio est manifesta, quia sicut is vasallus, qui contraxit, & cõfessus est, bona esse allodialia, non potest impugnare, & contrauenire proprio facto. l. post mortem. ff. de adopt. Ita nec potest eius successor, iuxta regulam l. cum à matre. C. de rei vend. Et in specie ita sentit Soc. Sen. in consil. 50. num. 8. lib. 4. Cum respondit, quod confessio illius qui dixit fundum esse emphyteuticum, nocet suo successoriam singulari, idem Socin. in consil. 68. nu. 6. lib. 4. Ruin. in consil. 108. n. 23. lib. 2. Ripa in l. si aliqua rem. num. 42. vers. intellige, vt non probet. ff. de acquir. poss. Crau. in consil. 29. n. 1. & clarè in specie Natta in consil. 460. n. 9. lib. 2. & Rol. in consil. 82. n. 38. lib. 2.

Tertius est casus huius secundi capitis, quando concessio, & recognitio specificatim enumerat prædia concessa ipsi vasallo, vt si dictum est, Castrum prædio Sciano, Gabiniario, Semproniano, & c. Hoc etiam in casu, nec inuestitura, nec confessio illa vasalli nocet illi tertio. Sed solita stat præsumptio pro ipso tertio possessore, prædiu à se possessum, etsi sit de enumeratis in inuestitura, esse tamen liberum, & allodialè, iuxta regulam supra relata, quod quilibet res præsumatur libera. Ita censuit Crau. in sapius allegato responso pro genero. n. 431. vers. tertius planè, & c. qui quidem ait ita respondisse Aretin. in consil. 164. & Socin. Senior. in consil. 166. num. 5. vers. tertia conclus. lib. 2. Et illa concessio nil nocet huic possessori, cum sit (vt diximus superioribus in casibus) res inter alios acta. sic quoque scripsi in consil. 395. numero 24. lib. 4.

Tertium caput disputationis est, quando est contentio inter ipsosmet vasallos, & vasallorum successores, an aliquod prædium sit de pertinentijs Castri, vel non exempli gratia, vnus vasallorum vendit aliquod prædiu tanquam liberum, & allodialè, alter cõuasallus vult recuperare prædium illud, asserens esse feudale, & alienari non potuisse, alienans verò cõtendit, imò potuisse, quæ sit prædium liberum, vel sit exemplum (vt in casu nostro) vnus vasallorum heredem facit extraneum, qui in feudo non potest succedere, contendit is hæres se posse obtinere certa prædia, quæ ait esse feudalia, agnati verò, & cõuasalli contendunt esse feudalia. Hoc sanè in capite dubitatio tota in eo posita videtur, cui comparatur ille negans prædia esse feudalia, & cui ille, qui asserit imò feudalia, censeri. Nam si negans comparatur tertio possessori, res est clara, quod idem est dicendum hoc in casu.

su, quod in proximo precedenti. Si verò ille, qui asserit esse feudalia comparatur domino feudi, & negans vasallo, erit diffiniendus iste casus ex traditis supra in primo. Ego ex istimo, negantem prædium esse feudale, comparari non tertio possessori, sed vasallo, quo ad rem illam. Ea est ratio, quia iam vel ipse, vel eius successor obtinet partem Castri, sicque feudi, & nisi ostendat se prædium illud alio titulo possidere præsumitur possidere eodem titulo, quo & Castrum. Et præterea ille asserens, prædium esse feudale, sustinet personam domini directi, & dicitur eius loco ratione vtilis domini. Est itaque hic casus diffiniendus ex traditis supra in primo casu. Et alia scripsi in consil. 395. num. 73. sic & Surdus in consil. 135. num. 25. & num. 76. & in consil. 151. num. 66. & in consil. 311. num. 6. & num. 48. & Bossius in tract. caular. crimin. tit. de Principe. num. 253.

Subvasalli subinfeudati, cuius effecti vasalli præsumantur, an primi mediati, vel secundi immediati domini?

S V M M A R I V M.

- 1 Subvasallus non primi mediati, sed secundi subinfeudantis vasallus est, iure communi inspecto. n. 14.
- 2 Subinfeudare vasallo ius commune permittit.
- 3 Socius socij mei, non est socius meus.
- 4 Subvasallum ad sibi seruendum, primus dominus cogere non potest.
- 5 Subvasallus inuestituram non à primo, sed immediato domino recipit. num. 15.
- 6 Vasalli dominus proprius dicitur immediatus.
- 7 Subvasallus domino mediato non præstat releuium. Et si quid ei prestat, dicitur præstare in subsidium. nu. 8.
- 8 Subvasallus domino mediato non præstat fidelitatis inuicem.
- 9 Subvasallus subfeudum alienare volens, requirit consensum domini immediati tantum.
- 10 Dominium vile an penes duos esse possit eodem tempore.
- 11 Dominium vile duplex.
- 12 Feudum primi vasalli originem, & fundamentum habere à domino directo, quomodo intelligendum.
- 13 Dominus primus directus, non potest ius dicere in subvasallos, nec in subditos vasalli sui.
- 14 Nec imponere onera subvasallis. n. 17.
- 15 Fallit illud in Imperatore. n. 18.
- 16 Et in Gallia ex Regni consuetudine. n. 19.
- 17 Aliud quoque si vasallus partem feudi alio iure obtineat. numero 20.
- 18 Subvasallus, qui ex regni, vel loci consuetudine nequit subinfeudari, absque domini directi licentia, cuius efficitur vasallus.
- 19 Infeudandi licentia, & alienandi, maxime inter se differunt.
- 20 Subinfeudationem non esse proprie alienationem.
- 21 Subvasallum non primi, sed immediati domini vasallum factum esse coniecturis quomodo probetur.
- 22 A vicinitate scripturæ. num. 25.
- 23 A consuetudine Principis vel domini directi. n. 26.
- 24 A loci, & regionis consuetudine. n. 27.
- 25 Ab immenso beneficio vasalli in dominum collato. n. 28.
- 26 A grauitate personæ cui feudum concessum est. n. 29.
- 27 A gratia, & fauore, quo verisimiliter vasallum dominus voluerit cobonestare ob benemerita. n. 30.
- 28 A consuetudine rei, quæ ita consuevit in feudum concedi. numero 31.

P R A S V M P T. CII.

DE subvasallis dicenda nunc sunt aliqua, nec quidem contemnenda. Est enim egregia, & vtilis ad modum disputatio, cuius vasalli effecti præsumantur sub-